

Hic scopus est, cunctas huc verte Cupido sagittas.

Uth. Nam patet in vulnus pectus inermis meum. Van. Non tot ieiunio Tityo dat vulnera cultor.

Tribulatio patet tribulantis dilectio. Vivide. Qui se fatetur irarum scopum, patet iam amoris signum: etenim exprimit pectoris flagrantis flammam, ubi dilectum exponit quasi signum ad sagittam.

22 Qui quondam opulentus, eget: & ita degit, quod amplius urget: siquidem erefuit calamitas, si semel decreverit visa felicitas. Usque ad viscera dolor pangit: & quia caelum ita pupugit, vulnere non perierit? Fecit & aprime, Pectus mortale ridendo bibit venenum, quod voluptuose serpit per latitudinem viscerum; quod quidem ni expellatur (licet inferat cruciamentum) perdet lubido languentem. Medicus porrigit calicem amaritudinis, ut languentes potet vino compunctionis. Dolet aeger, verum medicus insulfit: & dolens vomit venena, dum effundit ipso medicamine viscera. Non parceret medicus, si pepercerit: sed parcit, quia non indulget: siquidem si doloribus parceret, proculdubio aeger desperatus periret.

23 Sic multoties Deus iustos aliqua imperfectione maculatos reddidit tribulationibus puros, & per ministros Angelos, fabros ferreos malleo, in cude, lima; ut praeter sine imperfectione virtutis forma. Aliquando utitur ministris, tanquam fabri signarijs. Verum quare? Homo, qui Dei imago, & similitudo, delet ab imagine similitudinem, per deformantem animam, turpem iniquitatem. Patuit foris in Nabucho, intus in Adamo. Hic cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus. Ille uti monstrum ciectus est ab hominibus. Quid faciendum, ut huiusmodi imagini, homini lapsa, restitatur amissa similitudo? Quod cogitat statuarius de materia, ut formet imaginem; operatur Deus, ut imagini restitatur similitudinem. Secat opifex lignum, ictu proicit, unde ex alto & erecto subito ruit: in secuti & ascia cadit, deformitatem abscindit, collineat, dolat, complanat, levigat, & tundit quousque perficiat. Omnia ictibus consummanda, quoniam aliter truncus non habet formam. Feliciter Statua apposita epigrapha, Dant vulnera vitam: apud Picinell. in Mand. Symbol. lib. 16. cap. 18. n. 187. igitur sicut recipit simulachrum a vulnere formam, ita crebris ictibus anima redit ad gratiam: tunditurque corpus in quo relicta

Deus tribulatione purgatus & non parcit ut parcat.

Vulnera ligno dat nobilitatem formam.

Picinell.

imago, quousque animae per gratiam habet reat similitudo.

24 Peccavit David, quod reges facienti penituit, quod reges non facienti. Tactus igitur dolore cordis, & punctione iniquitatis, offensa terrebello, quia peccavit Dominus: lachrymis elinguis, & eloquentibus ab offenso effragiat non tantum misericordiam, sed magnam. Secundam magnam misericordiam: ait. Qui petit, accipit: qui querit, invenit: igitur illic ut confessus est delictum, Dominus transfudit gratis peccatum. Remisit culpam, quoniam non vult mortem peccatoris; sed non penam; quia custos integerrimus legis. Intende in calamitates post confessa peccata, ut dicas, quid facerent non confessa. Tundit primo denuncians: Filius qui natus est tibi, morte morietur. Non quiete ista: Non vece et gladius de domo tua. Adhuc flagellat: Tollam uxores tuas. Alcis vulnerat: In oculis tuis. Haud alienus deturpabit honorem in regia: Suscitabo super te malum de domo tua. Nec rot mala frangunt iram? Haudquaquam. Ille nequam, quia improbus, & in tuum propidium natus, Dormit cum uxoribus tuis in conspectu Salis huius. Restant adhuc ictus? Restant & graviores. Filium tuum fugies, exul ab urbe egredieris. Si in gratiam Dei iam revocatur penitens, ad quid tot calamitates? Si lachrymis ira compefcitur, cur ira irascitur? Si pius, clemens, & benignus Dominus, & in miserationibus magnus; quo intuitu in penitentem corde commovet iram? Secundam magnam clementiam. His statuis dant vulnera formam. Abraferat in Davide commissum crimen imaginis perfectionem, & pulchram Deitatis similitudinem. Obumbraverat nubecula culpa totum splendorem gratiae. Scatua muta iacebat, & deturpata fulgine voluptatum. Quid agendum? Peribit opus? Teretur cum opera tempus? Desperandum? Nullo modo. Restituetur imagini cum gratia similitudo, & floebit pulchre sculpta, collata formae, sed aptanda est vulneribus, ut carcat criminibus: igitur labores cum conferant doloribus formam; secundum magnam clementiam (ut praesent in caelo elaboratae imagines) multiplicat Deus etiam e corde convertis amaritudines. Si parceret in hoc saculo, magis ac magis premeret in futuro. Alia dicemus loco cit. Tautol. 3. Didasc. 2. ut condat claris, Demm pensat uti quasi medicamine; cum non nocet, sed medeatur hominibus, vel ipsa specie nocendi.

Psalm. 50. 2.

Quid Proas Dei clemential

2. Reg. 11. v. 10.

Magna Dei clementia, non parcere de- iniquis: sed in hac misera vita.

Psalm. 50. 2.

Quid Proas Dei clemential

2. Reg. 11. v. 10.

Magna Dei clementia, non parcere de- iniquis: sed in hac misera vita.

Magna Dei clementia, non parcere de- iniquis: sed in hac misera vita.

TAUTOLOGIA SECUNDA.

ERAT AUTEM SARAI STERILIS, nec habebat liberos.

Genes. 11. v. 30.

EXPOSITIO LITERAE.

DE Sterilitate & Fecunditate Pleonastica seges occurrit. Contraria optime collatione cognoscuntur: ait Franc. Petrarca in Praefat. lib. 2. de Remedia. utr. fort. Ita ergo nobis de utraque in praesentiarum sermo, ut magis eluceat oppositis expositio. Eximia pulchritudinis infecunditas nonnunquam comes; ut patet in Sara, Rebecca, Rachele, aliisque Scripturae feminis, notatis & fama & forma. Causas videris apud Nicol. Nancelium in Analog. Mier. ad Maer. pluribus in locis. Atilior. de Histor. Animal. lib. 20. cap. 1. & Albertum Magn. de Animal. lib. 10. tract. 1. cap. 1. Congruum quippe, ut femina, viri socia (qua neque specie, ardet sibi optima fecunditate. Unde cuieni nulla in iram vasto corpore micafalis, illa providet sapiat in filijs; ut qui de inelegantia coniugis mortis, fecunditate hilaris, paternitate laetus dicat sponsus: Nulla adnus tales unquam contexit amores. Uti canit Catullus in Nuptijs Pelei & Thetidis, v. 333. Ita Jacobum oblectabant steriles Rachel, sed speciosa; & Lia inelegans, sed fecunda.

2. Proles iure dicitur utriusque parentis nexus. Ita Quintilianus Declamat. 1. & Trajicus in Herc. Octav. Act. 2. v. 407. Conciliat animos coniugum partus feret. Retorquere quimus in feminas illud Iuvenalis Satyr. 2. v. 138. Interea tormentum ingens nubentibus haeret, Quod nequeunt parere, & partu retinere maritos. Non prodest agili palmas praebere Luperca.

De quo videas Varronem lib. 4. de Ling. Latin. Servium in illud Virgilij lib. 8. Aeneid. v. 667. Nudosque Luperos. Plutarch. in Caesar. & Ovid. lib. Pastor. Cautam huiusmodi aviditatis in feminis innuit Claudianus lib. 1. in Eutropium v. 72. Femina cum senuit, retinet comas ab partu, Vexorisque decus matris reverentia pensat.

Igitur cum plerique perpendant uxoris pulchritudinem, & non uxorem (iuxta illud Iuvenal. Satyr. 6. v. 142. Si verum excutias, fauces non uxor anatur. Quod illas minime laet, cum illa alia apud Terentium in Heauton. Act. 2. Scen. 4. v. 9. dicat: Quippe forma impulsu nostra nos amatores coluit: Haec ubi imminuta est, illi suam animum alio conferunt.)

Si defloret oris gratia, ut pignore nitatur ullo dilapsus amor cum forma, prolis desiderant vincia. Hinc earum quettus & lachrymae, ut pro speciositate, viri oculorum & animi pedestrice (quam esto ingratis, cogitant pro tempore fuisse mutatam, in tempore periclitam; remanereque coniugem, & nequaquam venustatem, nec speciei venustioris speciem, sed faciem omnino rugosam) sufficiant matris in senectute optabilem reverentiam. Una pulchriorum, cui in ampliore commendationem, huiusmodi contigit fors sinistra, fuit insignis ac spectabilissima Sara, de qua Moyses dixit: Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos.

3. Haud difficilis Tautologiae expositio per, Aetiologiam, Aetiologiam, qua prima periodus est secundae causalis. Sensus tunc erit: Sarai non habebat liberos, quoniam sterilis erat: sicut Luc. 1. 7. de Zacharia & Elisabeth dicitur: Non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis. & ambo procreassent in diebus suis. Duplex Elisabeth inerat causa sterilitatis, & quod tunc senex, & quod vel iuvenula sterilis erat. Idem dicitur de Sara, Genes. 18. r. 1.

Tom. II. Taut.

Petrarchi. Fecunditas est deformitas, & pulchritudinis ferri comes in fecunditate.

Catulli.

Senecae.

Iuvenalis.

Femina retinet mariti: vel prole vel pulchritudine. Claudianus.

Iuvenalis. Terentii.

Cur de sterilitate querantur.

Expositio prima. Luc.

Genes.

ubi: Erant autem ambo senes, proveltaeque atatis, & desierant Sara fieri muliebria.

Officium quod inane esset senectus

Iam signo cessante probat.

Mar. Vict.

Vine, Per. Unde sterilitas & infecunditas

OnKrl.

Isai. 49. 15. Iudic. 13. 3.

Secunda expositio.

Iob. 4. 7. Abus senectus pro prima.

Abortivum pro sterili. Exod. 23. 24. Isai. 49. 21. Novarin. Gencl.

Tertia expositio.

Quarta expositio. Et non sicut per particula copulativa.

Niceph. Cal. Cant. 4. 2. & 6. 5.

Virg.

Canit Marius Victor. lib. 3. in Genes. v. 57. Sara ergo illo in articulo erat sterilis, & grandioris aetatis: quod novissimum fat ad infecunditatem, licet natura non fuisset sterilis. Ita de Ioachim parte Deiparae Scem. 2. in Virgin. Nativit. ait Vincencius Ferrer. Ioachim sterilis, & infecundus. Infecundus scilicet per atatem, sterilis per complexionem, aut qualitatem temperiem. Causa negationis prolis exhibetur in affectione sterilitatis. Unde non recte inferitur sterilitas, ex eo quod filios non habebat; sed recte, non habebat, quia in utero praevaluerat sterilitas. Quod quidem apte exposuit OnKala dum legit: Sarai non erat virgo, nec habebat liberos. Fecundabatur enim a viro, nihilominus tamen obice sterilitatis, beneficio carebat optate prolis. Similis pleonasmus per Aetiologiam exponendus, inventur Isai. 49. 21. Ego sterilis, & non pariens: q. d. non pariens, eo quod sterilis. Iudic. 13. 3. Sterilis es, & absque liberis: id est, absque liberis, quia sterilis. Eadem Isai. 54. 1. & ad Galat. 9. 27.

4. Secunda expositio scienti in Scriptura a sum secundum accipi pro primo, minime displicebit. Quam regulam multis auctoritatis ornatam exhibuimus Tom. 1. Tautolog. 5. in Exposit. lit. num. 13. modoque occurrit illud Iob. 9. a v. 6. utique ad 10. Qui commovet terram de loco suo. Qui praecipit Soli, & non oritur; & stellas clausit quasi sub signaculo. Qui extendit caelos solum, & graditur super fluctus maris. Qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus: id est, qui potest facere mirabilia, & magna ab hominibus non vilit, ut commovere tetram de loco suo, suspendere ortum Solis, stellas claudere, calcare fluctus maris, & extendere caelos, &c. Quo constat Hebraismi praefati genuinis sentus. Sarai sterilis erat, nec habebat liberos: videlicet, sterilis erat, & filios naturaliter habere nequibat. Non solum non habebat, sed nec habere poterat; quoniam propter congenitam intemperiem vulvae, nec signa tot annis dederat fecer.

5. In Sacra pagina abortivum vocatur sterile, quia idem iudicatur usus privatio, ac negatio; igitur cum sit ante constitutum tempus, ac ex sterilitate minime proveniat fructus; ante maturitatem natus est, quasi non natus. Qua in te ubi N. Vulgata: Non erit infecunda, nec sterilis in terra tua: legunt Venet. Syr. Ar. Montanus, & Pagninus: Non erit abortum faciens. Et Isai. 49. Ego sterilis, & non pariens. Maluenda legit, Et partu embryonis devolvens. Unde Novarinus de Umbr. Virgin. Excurs. 2. num. 87. ait: Ut tamen concipiens sim fecunda: id est, non abortiat, sed tempore conceptum pariam; ut exprimitur Gencl. 29. 32. ubi dicitur de Lia: Conceptum genuit filium. In feminis, qui abortum patiuntur, non est sterilitas (licet non sit fecunditas, eo quod fructus imperfectus non reperitur ut fructus) quippe liberos esse non habeant, possunt habere, remota obice: verum Sara erat infecunda & sterilis, in qua tot annis & maxime pubertatis nullum micavit fecunditatis signum, quippe nacta nec abortum. Hinc Alij pro Non habebat liberos: vertunt, Parere partum non poterat. Feminae male affecta licet abortivum, faciunt fructum nativitatis, quoniam vulva concipiens capax prolis. Sara verò omnino sterilis non poterat partum parere, quia non poterat concipere.

6. Quarto exponi potest idiotismus per Exergasiam, qua uti diximus Tom. 1. Tautolog. 1. in Exposit. lit. num. 4. & Tautolog. 6. num. 37. particula copulativa Et & aliter, pro expositivis, seu explicativis sumuntur: idemque sonant ac Vel, Id est, Nimirum, Scilicet, Videlicet, Nempe, Puta, Hoc est. Cuius exempla apud Profanos passim, & in Scriptura quolibet folio. Ipsis Tautologis huius nostri argumenti constat. Isai. ubi supr. Ego sterilis, & (id est) non pariens. Iudic. 13. Sterilis es & (videlicet) absque liberis. Praeter etiam in negationibus: Exod. 23. 26. Non erit infecunda, nec (nimirum) sterilis. Etiam in relativis. Iob. 24. 21. Pavit sterilem, qua non parit. Isai. 54. 1. & ad Galat. 4. 27. Landa sterilis, qua non parit: ubi relativum Quae idem significat ac Id est. Hoc stylo usus Nicephorus Callitus lib. 1. Histor. cap. 7. inquit de Virginis matre, Diva Anna: Ad liberorum procreationem infecunda erat, & (hoc est) sterilis.

7. Claret etiam in explicatione fecunditatis, igitur dicitur de grege ovium: Omnes gemellis factibus, & sterills non est inter eas. Ubi Et pro Nempe. Q. d. Non tantum sterile oves non sunt, sed nitent fecundissima per campos, utpote habentes foetus gemellos, quo summa fecunditas exprimitur. Virg. Aeneid. lib. 1. v. 278.

Marte gravis geminam partu dabit illa prolem. Ovidius lib. 6. Metamorphoseon, Fabul. ultima de Orithya canit

Or.

Et genitrix facta est partus epica gemellos. Orpheus in Hymn. & Heliodus in Theozon. locuentes de Latona, aiunt De quo sunt simul Phoebus & Diana. At Phoebum peperit, peperit Latona Dianam. Plautus denique in Amphitruon. Act. 2. Scen. 2. v. 135. & in Menachmis Act. 5. Scen. 9. vers. 23. Gravidam & cum palebre plenam a pectore gaudeo. Unus olim, nunc vero partus est geminus. Hi sunt gemini germani duo.

Ira enim Sacri: Septuag. Omnes geminantes: & Maluenda, Gemellificantes, ut uno fortu pariant plures. Mira de foeminarum fecunditate Aegyptiarum narrantur ab Aristotele lib. 7. Animal. cap. 4. Pariunt etiam tres, & quatuor, & quidem locis nonnullis valde ita fit, sed quinquae complurimum nascuntur: iam enira hoc pluribus evenisse conspectum est. Quaedam viginti, partibus quatuor edidit: quibus enim singulis partibus enixa est, maiorae eorum pars evadit, & adulescere potuit. Haecenus Philo sophus, quem etiam aditis lib. de Mirabil. auscultationibus, Plinium lib. 7. cap. 3. & Solinum in Polybistor. lib. 30. cap. 7. De causis consule Nancelium ubi supr. lib. 7. Problem. 4.

8. Sterilitas multoties accipitur pro virginitate, seu castitate. Propterea Rupertus lib. de Gloria Fil. Dei inquit: Virginitas naturaliter est sterilis, & non parit. Cicero pro Univers. & Ovidius 1. Faspor. ignem vocat virginem, id est, sterilem, quippe femina nulla remittit, nec fovet, nec capit. Pertius Satyr. 6. v. 54. canit: Sterilis matertera vixit: hoc est celebs. Prudentius Contra Symmac. lib. 1. v. 442.

Placatur vacca sterilis cervice reseda.

Ubi Sterilis intelligendum Casse iuvenca, vel pro vitula, seu bove intacta, ut observat Lavinus Torrentius in Horat. lib. 2. Carm. Od. 5. v. 1. Cui sensui assipulantur & Virgilius lib. Aeneid. v. 250. & Silius Italic. lib. 13. v. 429.

Aeneas matri Eumenidum, magna eque sorori Ense ferit, sterilemque tibi Proserpina vaccam. Ante omnes taurus regi, tum proxima diva Caditur Ennea casta cervice iuvenca.

Etiam Philippus Beroal. Epigr. de Duob. Amant. v. 130. Non potui sterilis florem, fructumque inventa Perdere, Vestalis non ergo virgo fui.

Quod quam apte, exponit Manilius Chrestus lib. de Deor. hymnis, dicens: Illa videlicet causa, quod & virginitas iugum nesciat maritalis, & virtus nunquam sit iugo prementis subiecta. Vide etiam Martin. Delrium in Senec. Oedip. Act. 2. v. 373. in Sacris quoque invenitur huiusmodi acceptio. Unde Sapient. 3. 13. dicitur: Felix est sterilis, & inconcupiscentia, que nescit thorum. Quo haud invite intelligitur illud Christi ad filias Ierusalem Luc. 23. 29. Beatae steriles (id est virgines) & ventres, qui non genuerunt, & ubera que non lactaverunt. Sterilitas Saræ minime in huiusmodi sumenda acceptione, quoniam corrupta iam erat, & tamen non gravida, ut vidimus ex Onkala legente: Sarai non erat virgo, nec habebat liberos.

9. Hic sterilitas accipienda pro inutilitate, seu incapacitate ad fructum. Quo sensu torna dicitur sterilis. Ovid. lib. 1. Metamorph. Fabul. 1. Cathedra steriles, Martial. lib. 1. Epigr. 77. Campi steriles. Epigr. 108. Amici steriles lib. 10. Epigr. 18. Ita Virgilius Bucol. Elog. 5. vers. 37. & pluribus alijs in locis:

Infelix lolium, & steriles dominantur avena.

Unde cum sine radice sterilecant, ne in fructus eant, arbusta; ita & foemella sine naturali prole. Itcirco Hebr. legit: Eradicata erat Sarai. Maluenda, Fuit Sara eruncata. Syr. Effeta. Athiop. Sine fructu. Alij, videndi apud Haye in Bibl. Maxim. vertunt, sine radicibus: & iure, quippequam parentes radicantur in filijs, & vitæ lampada tradunt, quasi in Promethei ludo ex traduce curiores.

Ergo ut per omnes liberos irem parens.

Dixit Seneca in Agamem. Act. 1. v. 32. Quod in Scriptura non novam: igitur Psalm. 5. 1. Evellit te, & radicem tuam de terra viventium. Q. d. te, & filios tuos. Prov. 12. 3. & 12. Radix iustorum non commovebitur. Id est, filij. Apoc. 5. 5. Leo de Tribu Iuda, radix David, nimirum filius David id: & sic alia. Itaque hac interpretatione textus exponi potest. Sarai filios non habebat, quia sine radice ad fecunditatem erat; cuius venter inutilis, quia omnino sterilis.

Tom. II. Taut.

I 2

Huic

Ovid.

Orph. Heliod.

Plaur.

Geminatio unica facta index fecunditatis non communis Aristotel. Alostrosia fecunditatis, Rupert.

Sterilitas pro virginitate.

Virgil.

Sil. Ital.

Manil. Ch.

Sapient.

Luce.

Sterilitas pro inutilitate.

Virgil.

Filij radices partium.

Senec.

Quinta expositio.

Sexta Expositio

Sterilitas pro orbitate

Isai. 23. 4. Quomodo si mul societas, & solitudo? Ibid. 49. 21. Ibid. 66. 8.

Bernard.

Sanctius.

Parturire pro articulo partus. Malucud. Apulei. Plaut.

Cicer.

Clem. Alex.

Senec.

Parere pro apparere.

Parere, hoc est in lucem prodere.

10 Huic acceptioni affinis est alia, qua sterilis vocatur femina, quae non habet consolatorem, vel ab aliquo auxilium, aut subsidium prater caeli pallium. Oriturque ex eo quod, uti diximus Tom. 1. Tautolog. 6. in Exposit. li. 1. num. 49. mulier semper vocetur incapitata, seu capite diminuta, quippe vel vitum, vel si ius respicit caput, tamquam columen unicum, & custoditae fundamentum. Ideo pro Steris in Arias Montan. legit: Sarai erat orba: igitur filios, qui ei suppetias ferrent post viri obitum, non habebat. Plura huic expositioni congrua diximus loc. cit. maxime à num. 52. Altipulaturque cogitationi Sidonis querimonia apud Isaiam dicentis: Non enim parturivi, & non peperivi, & non enutrivivi iuvenes, nec ad incrementum perduxi virgines: quippe erat quasi non habens prolem, cum eius colonia contra expugnatores auxilia minime ferret. Clarus utique videtur in quaestu congeninato Ierusalem ibid. siquidem morens ait: Ego sterilis & non pariens, transmissa & captiva, & istos (idest, filios) quis enutrivit? Ego desituta & sola: & isti ubi erant? Sola quasi sterilis erat tot factibus, dum à filiis non adiavaretur, quos peperit & nutritiv: sicut e contra ubi ab illis propugnata, donataque libertate gloriarum dicens: Parturivi & peperivi Sion filios suos. Perpendere suos: igitur tamen sui, quos peperit; sine auxilio filij, sed non sui: quandoquidem derelicta fuerat orba in medio tribulationis, veluti fuisset sterilis. Quod quidem expressit Paulus ubi supr. dicas: Multi filij deserte, quam eius qua habet virum. Et ubi Psalm. 34. 12. Sterilitatem anima mea. Genebrardus & alij legunt: Orbitatem. Quo sensu Bernardus Epist. 127. de Ermargarde Comitissa, quae in Monasterium fecerant, ait: Humilis ex sublimi, ex ingenia ignobilis, pauper ex divite, fratris, filij, patriaeque desituta solatio. Haud aliter Sara insecunda iudicatur & orba, quippe non habebat filios, à quibus reciperet solatium, ac in necessitatibus patrocinium.

11 De fecunditate plures sunt Tautologiae. Genes. 16. 11. Concepisti, & paries. Idem Iudic. 13. 3. Isai. 7. 14. Ecce virgo concipiet, & pariet. Math. 1. 23. Ecce virgo in utero habebit, & pariet. Lucas 1. 31. utrumque complectitur, dicens: Ecce concipies in utero, & paries filium. Isai. 23. 4. Non enim parturivi, & non peperivi. Eadem cap. 26. 18. & 66. 8. Mich. 5. 3. Parturiens pariet: ac denique Luc. ubi supr. v. 57. Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Quae quidem proclive exponuntur, explicatis, atque delineatis acceptionibus.

Parturire, licet à Doctis. Sanctio in Isai. 66. num. 22. censetur tempus omne, scilicet conceptionis, formationis, maturae perfectionis, atque fastidij praegnantis (quod distortio non est: igitur Cicero 2. Philipp. pro Conceptis, dixit, parturivi, & Ierem. 31. 8. pro Parturiens & pariens dicitur Praegnantis & pariens.) nihilominus tamen frequentius accipitur pro articulo illo, quo gravidata femina in nixu est, & subit in foetus expulsionem dolores. Hinc ut explicetur acutus & tenax dolor, praefertur parturientium. Psalm. 47. 7. & Paulus ad Rom. 8. 22. Omnis creatura ingemiscent, & parturit usque adhuc. Malacda ad illud Isai. 26. 18. pro Parturivimus, legit: Enixi doluimus. Ita Profani quoque. Apuleius lib. 7. Metamorph. de se ludere dixit: Ventrem crebro respiciens meum, iam misellam puellam parturiebam. Plautus in Aulular. Scen. 7. Act. 4. v. 12. Glamat, parturit. Et Cicer. ubi supr. Utinam aliquando dolor populi Rom. pariat, quod iam diu parturit! Sic intelligendum apud Clementem Alexand. de quo sermo infr. num. 32. illud de Virgine Deipara: Fuit in partu puerpera, & non fuit puerpera. Puerpera, quia peperit; & non puerpera, quia non parturivit: idest, dolores in partu non habuit.

12 Parere autem, etsi accipi possit pro Parere, vel Apparere (quod usitatum apud eruditos, & non infimi subfellij, uti Seneca in Herculi. Octavo Act. 1. v. 7.

Sed mihi oculum parens Adhuc negatur. Parui certe, Iove Ubique dignus.

Ubi Oculum parens, idest patens. Et Parui &c. hoc est, in nihilo degener à parente, sed ubique gentium dignus apparui Iove. Martial. lib. 1. Epig. 105. Pareat purpureis aper capistris. Idem Apuleius lib. 1. Metamorph. qui clarus lib. 5. de musica Amoris ad Plychen, ait: Quamvis hominum nemo pareret, chorus tamen esse pareret. & Virgil. lib. 4. Aeneid. v. 290. & lib. 10. v. 175. Etiam apud Consultos iuris invenies: vide Cuiacium, Hotoman. & Contium in leg. 5. ff. de rei vindicat. leg. 179. ff. de verbor. signif. & 5. Sic itaque Iulius de Abbon.) tamen mo captu, proprie nil aliud significat, quam post curriculum gravitationis, & articulum puerperij, foetum in lucem prodere, vel feminas enixu, voto potius. Proim filij multoties signantur nomine partus. Psalm. 126. 3. Filij merces fructus ventris. Et

Et Luc. 1. 42. Benedictus fructus ventris tui. Hoc est, filius. Profani crebro: Plinius lib. 7. cap. 7. Fortune partum pura, Fortunae filium. Corn. Tacit. lib. 1. cap. 59. Perivito subiectus uxoris uterus: scilicet filius. Lucan. lib. 1. v. 377. & lib. 9. v. 900. succinit:

Coniugis — pleneque in viscera partu. Nequa si externa Veneris mixtura timentes, Letificata dubios explorant aspide partus.

Tibullus lib. 4. Eleg. 3. eadem acceptione floride canit: Tondeturque seges maturos annua partus.

Ita caeteri, uti vidimus supr. num. 2. & 7. Hinc quicquid acquiritur partus dicitur, quasi fructus: qua vocis ambiguitate Reginae Angliae Elisabethae, potius Iezabeli, ita blanditur Ovvenus lib. 3. Epigram. 4.

Est unive magis, quam multiplicare beatum: Tuque magis felix non pariendo parens.

13 Secunda acceptio verbi Parere, quae est voto fruis patet etiam. Ovidius de Alcmena parturiente, lib. 9. Metamorph. Fab. 5. ait:

Domina gratare, levata est Argolis Alceme, potiturque puerpera voto.

Quod itaque venustiore phrasi protulit vivax ingenium, ibid. Fab. 12. canens:

Ut dolor increvit, seque ipsum pondus in auras Expulit, & nata est ignaro femina patri.

Eidem ergo proposito illustri Musa, sed illustriori argumento, Iuvenus lib. 1. Hist. Evang. v. 132. modulatur:

Iamque aderat tempus, quo sarcina deservat alvum Elisabeth, liquidas solvenda in luminis auras, Ad partus.

14 Praemisissis hisce, haud acclivis Tautologiarum expositio, ne sint formaliter Tautologiae. Concepisti, & paries: dixit Angelus Iezae Agar, afflicta potius à proprio fastu, quam à domini fastidio. Concepisti, & paries. Q. d. Noli timere abortum pueri geniti ex herae afflictione. Paries, quod concepisti. Gaude, quippe filium concepisti, ampliotem genitricum laetiam, quem dato tempore produces in auras. Permulta vel morbo, labore, vel amaritudine, tamen conceperint, partum non pariunt; quoniam abortu fraudantur a desiderio suo: tu verò & conceptum nacta est, & partum nancisceris, quo radicem habens, iucundè vives. Quod astruit Angelus Agar de partu, matri Samfonis promittitur etiam de conceptu, dicente nuncio: Concipies, & paries. Non iam sterilis, quippe concipies: & non solum concipies, sed etiam paries, & frueris voto, igitur feliciter lata gaudebis optato fructu.

15 In partu, vita discernit feminis crebrum, quoniam post ærumnas, & molestias gravidationis tot mensibus, edunt foetum vel maturum in doloribus. Periculum semper gravide impendit, sed urgentius in nixu est: & ut latentur fructu promisso, & extra periculum in periculo mortis, composites factæ voti; additur parere ad parturire; siquidem in multis contingit parturire, sed non parere. Ita Isai. 26. 18. Parturivimus, & peperivimus: licet enim dolore (imminuit periculum) nihilominus tamen partum votum: paciformiter cogitandum de auctoritatibus cap. 23. 4. & 66. 8. ac Mich. 5. 3. Parturivimus pariet. Hoc est, haud factus periclitabitur, sed auspiciatò nascetur.

16 Aliam in huiusmodi actus necessitate videor mihi videre causam, maxime de infæcundis, seu sterilibus feminis, in quibus ad oculum pariet, ni fallor, adequatio expositionis. Concepies, & paries, dicitur. Conceptio erit, & etiam partus, aliter tamen & aliter; quippe quam per miraculum concipies, sed naturaliter paries. Conceptio miraculosa (verum longè miraculum tempore partus, quippe naturaliter in auras prodibit foetus. Quod insinuat sterilis Sara, filium habens, dicentique, Genes. 21. 7. Quis crederet Abraham, quid Sara lactaret filium, quem peperit ei, iam seni: Idem 1. Reg. 1. 23. Clarusque luget in partu matris Baptista, de quo Lucas: Elisabeth impletum est tempus pariendi, & peperit. Qua in auctoritate videtur quasi superfluum ly Pariendi, ideoque omittitur à Syriaco: sed minime superfluit: igitur dicitur Tempus pariendi & peperit; quoniam partus non miraculosus, sicut conceptio, sed regularis, novem mensibus post conceptionem decurrit. Non illud ut conceptio sterilis Elisabetha, sed iuxta tempus & ordinem sigillatam à natura. Hinc Aethiop. Accessit Luna Elisabeth &c. Peric. Venit tempus puerperij, peperitque. Syr. Factum est id tempus, ut pareret.

Partus, idest filius.

Lucan.

Tibull.

Ovven.

Parere pro voto potiri.

Ovid.

Idem.

Iuven.

Genes. 16. 11.

Expositio 1.

Iudic. 13. 3.

Expositio 2.

Isai. 26. 18.

Expositio 3.

In sterilibus conceptio miraculosa, sed non partus.

Luc. 1. 57.

Aethiop. Peric. Syr.

Hic

An decem, vel novem mensibus maturetur humanus fetus in lacu? Propert.

17 Hic locum habebat quæstio, An decem, vel novem lunis formetur perfectè fetus in utero matris? Sed his parco, quippe non opportuna proposito. Cui placuerit, videat speciosa apud Nicolaum Nancel. in Analog. lib. 7. p. 4. Petr. Canonher. tom. 1. in Hippocr. Aphor. 1. Carranzam de Partu, Fider. Bonaventuram de Part. officines. Plin. lib. 7. cap. 5. Gellium Noct. Attic. lib. 3. cap. 16. Poetas varios apud Tiraquellum cap. de Revocation. donat. si unquam. Passerarium ad illud Propert. lib. 2. Eleg. 3.

Ista decem menses non peperere bona.

Jacob. Pontan. ad illud Ovidij Metam. lib. 9. Fabul. 5.

Herculis & decimum premeretur fidere signum.

Ovid.

Ioan. Spondanum in Homer. Iliad. 1. Frideric. Taubmann. in Cistell. Plant. Delr. in Amphitruon. Senec. ac & Sacris Augulinum, lib. 83. qq. quæst. 56. Chryostomum Serm. de Ioan. Baptis. & Expofitores ad illud Sapientia 7. 2. Decem mensium tempore coagulatus sum sanguine, & semine hominis.

Expofitio 4.

18 Proposito quidem. Facilior patet solutio, quasi in partu non explicetur actus, conceptionem necessariò subsequens, sed fetus virilis non necessarius; quia accidentalis conceptio factui: igitur nusquam dicitur absolute Concipies & paries: at semper additur quid, tam in testimonijs prafatis, quam in alijs. Genes. 16. 11. Concepisti, & paries filium: non filiam. Iudic. 13. 3. 5. Concipies, & paries filium. 1. Reg. 1. 20. Concepit Anna, & peperit filium. Iai. 7. 14. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Matth. 1. 23. Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium. Luc. 1. 57. Elisabeth impletum est tempus parienti, & peperit filium. Denique v. 31. Angelus Mariæ nunciat: Ecce concipies in utero, & paries filium. Quo constat auctoritatum, ut vides, genuina interpretatio: igitur non tam exprimitur partus, quasi conceptioni necessarius, quam in partu ipsa conceptio nobilioris fetus. His ergo discapedinatur ad conceptionem Christi, & partum Virginis, cuius auctoritatem singillatim exponemus, ut pateant ex illa æreana, & dispareat Tautologia.

19 Ecce concipies in utero, & paries filium: dicitur Virgini, uti vaticinatus fuerat Propheta Evangelicus, cuius testimonium exhibuit Matthæus, uti vidimus num. præc. De verbo Virgo late & singulariter agemus hic Tautolog. 6. in Exposit. lit. à num. 22. ad illud Genes. 24. 16. Rebecca puella decoratissima, virgoque pulcherrima, & incognita viro: modo verò dumtaxat de auctoritate Luca, prout iacet: Ecce concipies: Ecce, illicè post consensum. Ecce: non eùm dixi, Dominus tacum (ut arrisit aliquibus, quos nominare nolo) sed eùm dixeris Fiat: Ecce concipies: non ut alia femina, quibus dictum etiam Concipies, & paries, sed Ecce. Nunc, nunc: ait Caietanus hic, & Sedulius lib. 2. v. 38.

Uterumque puella

Siderium mox implet onus, rerumque Creator

Nascenti sub lege fuit, stupet innuba tentos

Virgo sinus, gaudetque suam paritura parentem.

Luc. 1. 31.

Quid in Christi conceptione significat Ecce? Caiet.

Sedul.

Ecce concipies, quoniam tu sola, operante Spiritu Sancto, materiam factui ministrabis, ex qua concipies paries. Ex qua: dixi. Vir minimè necessarius, ut formetur fetus. Ex qua: etenim non à Spiritu Sancto, nec ex, sed de illo supplente concursu patris, concipies & paries. Spiritus Sanctus semen novum non creavit, sed supernaturali operatione, nullo alio naturali agente mediante, aut tamquam principali agente, aut tamquam instrumento semini menstruale Virginis temperavit, digessit, & organizavit, donec corpus perfectè formatum esset, sicut virile semen facturum erat, si ibi commistum fuisset. Hucusque Abulensis Paradox. 1. cap. 41. Hoc fuit opus Spiritus Divini in hoc mirabiliori opere, & non aliud; ut Virgo effectivè esset mater Christi, & Christus ut homo esset unicus matris suæ; minimeque matris & simul Spiritus Sancti, quod somniarunt aliqui. Vid. D. Thom. 3. p. quæst. 32. Suarez ibid. q. 29. art. 1. Ambros. in Luc. 1. cap. 35. & Augustin. Enchirid. cap. 39. Quo intelliges faniori sensu illud Prudentij in Apotheosi contra Homofionitas v. 636.

Intestam thalami virtus divina puellam

Sincero afflatu per viscera casta maritat.

Incompert a ortus novitas, iabet ut Deus esse,

Credatur Christus sic conditus, innuba virgo

Nabit Spiritui, virtutum nec sensit amoris.

Pubertas signata manet, gravis intus, & extra

Incolumis, florens de virginitate pudica

Iam mater, sed virgo tamen.

Christi corpus non est, vel ex, sed de Spiritu Sancto. Abul.

Christus ut homo unicus matri sue.

Prud.

20 Mater & virgo es: ò Dei præclara genitrix, & Deipara! Ecce tu es virgo illa, de qua Ilias

Ilias præcivuit: Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Hæc est gratia, quam inventiis apud verum Conditorum, ut Verbum Patris caro factum, & manens apud Patrem, transiit de mente in ventrem. Ideo quod nascetur ex te, idest genitum fuerit ex te, sanctum (naud intelligas nomen, sed adverbium, hoc est, sanctè) vocabitur filius Dei: igitur licet non fuisset filius Dei; quia sanctè conceptus, idest sine viro, esset sanctus: quandoquidem non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natus, idest, genitus. Succinit Leo Papa in Nativit. Domin. Serm. 4. Creator ac Dominus omnium verum dignatus est unas esse mortalium, electa sibi matre, quam fecerat, qua salva integritate virginea, corpora esset tantum ministra substantia, ut humani seminis cessante contagio, novo homini & puritas inesset & veritas. Ideo Gabriel dicit: Concipies in utero.

Nomen pro adverbio.

Leo Papa.

21 In utero. Quàm congruè! Græca phrasid est, in qua additum nomen uteri, nihil sententia & significationis addit: inquit Maldonatus hic num. 31. sed aliquando dormitat Horæus. In nullo vel Profano, quos legi & proposico, inveni unquam huiusmodi phrasid, Conceptio, vel concipere in utero. In itaia tantum est, sicut in Matth. 1. 23. Virgo in utero habebit (quæ quidem est lectio Græca, uti observat Forerius hic, quem sequitur Sandias) idemque Ionat, ac Gravidabitur, uterum geret: quod etiam apud Latinos, & Historicos, & Rhetores, & Poetas frequentissimum: altuere dupliciter, quia fastidiosum. Ita legitur Bagenis. Accipiet virgo in utero: Leo Pap. Ecce accipies uterum: Syrus. Accipies gravidationem. Arabic. Virgo pragnans idem Cyprian. Arias Montan. Malvenda, & Pagn. Quapropter in utero habere commune fœcæ femine est, cæterum concipere in utero singularè hæc & mysterijs plenum, ut fæcè constabit.

Maldonat. Concipere in utero phrasid non.

22 In utero. Quas heteroclitice vox proterit! In primis Christum fuisse conceptum non in utero Virginis, sed in corde; non intelligentibus huiusmodi scilicet Patrum auctoritates, & in larvam devotionis pingentes, & compingentes; sicut illud Prudentij ubi supr. v. 65. Virginitas & prompta fides Christum bibit alvo Cordis, & intactis condit paritura latebris.

Christus hanc conceptus in corde Virginis. Prudent.

Conceptio exprimitur in ly Intactis condit paritura latebris. Quod autem dicit: Bibit alvo cordis, nil aliud est, quam assensus Angelo nunciati, & alia fidei vivæ germina, quibus tunc & aeriis fæ aptaretur ad gignendum Salvatorem. Christum ergo merito recepit pectus, localiter autem dumtaxat uterum. Quod altruxit Augustinus lib. 3. de Sancti. Virginit. cap. 3. & Leo Pap. de Dom. Nativ. Serm. 1. de quo Nos hic Didasc. 3. n. 10. 11. & 12. Vide Ildephonf. de Perp. Virginit. B. Mar. Richard. à S. Laurent. lib. 1. de Dispar. partie. 2. Hinc Eugenius III. Archiep. Tolet. dixit:

Leo Pap.

Fœmina mente Drum concipit, corpore Christum.

Ortum habuit huiusmodi nugonum commentum ex ignorantia acceptionis Cordis & ventris in Scriptura; igitur mutuo plerumque accipiuntur, ut patet Psal. 21. 15. 30. 10. 43. 25. & alijs in locis: quippe utraque vox significat frequentius quod intimum est, ut lacè dixerimus Tautolog. 1. num. 6. Quo sane mens claret Prudentij, & etiam N. Ruperti de Oper. Spir. Sancti in Iai. cap. 31. dicentis de Virgine: Corde concipit. Consule Theophilum Raynaud. de Christo lib. 3. Sect. 1. cap. 5.

Cor pro ventre, & eorum.

Rupert.

23 In utero, circumscriptivè, ut vegetationem exerceret absque miraculo, non definitivè (curs ordina partium in toto, sed sine ordine partium in loco) ut somniavit Mayronius in 3. Sent. d. 4. q. unic. art. 6. etiam corpus definitivè locatum nullius materialis, ac extensæ actionis est capax. Derogaret figmentum veritati partus Virginis: ut partus verè sit; aliquo motu, seu actu virtutis expulseris in foemina opus est: & corpus definitivè locatum, naturaliter nequit moveri à motore corporeo, nisi per accidens, ob adhesionem cum corpore locato circumscriptivè; sicut corpus Christi moveret ad motum relictum quantitatis specierum in Eucharistia. Quod Mayronius responderi insulsum, atque frigidissimum est: nimirum, Modum divina admirationi relinquendum. Præclarum utique ratiocinium! Hac profecò solutio ingeniosissima, quæ nam deliria non salva?

Non fuit Christus definitivè in Virgine uter.

Mayr.

24 In utero, ut filius Dei sit filius hominis, quod negavit Priscillianus. Concepit in utero verum hominem, de substantia tantum genitricis, factum ex muliere, ut dicit Apostolus ad Gal. 4. & ad Rom. 1. 3. Factus ex semine David secundum carnem. Quod quidem floride interpretatur N. Ven. Beda lib. 4. in Luc. cap. 49. Caro Verbi Dei, secundum carnem nascentis, à carne Virginis non est extranea; quippe conceptus ex utero originali, etiam non de nihilo, non aliunde, sed materna traxit ex carne: atque nec verè filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine. Nec dum adivis Carnem, arbitreris car-

Galar. Roman. Ex Virgine traxit carnem. Ven. Bed.

ncm

Ex sanguine proflicto generatum.

nem proprie, sed virtualiter in femine, alias vere non esset filius Virginis, sicut Eva non fuit filia Adami, quia non ex femine, licet fabricata ex costa, & carne. Caro hic vocatur sanguis, seu materia per virtutem generativam matris disposita, & ad animam rationalis receptaculum apta: igitur si ex alio sanguine, nimirum, venali produceretur, perperam Christus eius diceretur filius.

Intra vasa fetali destinata a natura.

Iuvenc.

In huiusmodi conceptione rutilant Virginitatis manes, & hominum felicitas.

Corpus Christi non fuit phantasticum.

Nec caeleste. Nec relictum in se.

Nec confectum ex elementis.

Virgo quod iure Deipara d. Thom.

Nec Verbum in carne, nec caro in Verbum incarnatione convecta.

Maria mater & virgo.

25 In utero, quippe licet conceptio miraculosa sine commissione feminis virilis, tamen non fuit extra vas aptum & destinatum a natura generationi, & conceptioni prolis. Declarat his verbis Angelus rem & modum, seu fieri, & factum esse. Fieri, minime Deo impossibile, quamvis concipere sine viro esset omnino mirabile: factum, quoniam ut maturetur foetus in lucem, natura designat uterum, conceptioni ac vegetationi locum aptum. Unde Gabriel de promptu naturalitatem facti, postquam exprelletur supernaturalitatem modi.

Nam tua concipient caelesti viscera iussu  
Natum quem regnare Deus per sacula cuncta,  
Et propriam credi sobolem gaudetque iubetque.

Canit Iuvenens lib. 1. Hystor. Evang. v. 89. Tua viscera, ut sit primogenitus in multis fratribus, gaudeatque titulo genitricis, & filius Dei habeat matrem, hominum auspiatricem, in qua tua summa dignitas, dignitatique maiestas, atque lapsa humanae conditionis optata felicitas: verum hoc in Didascalij.

26 In utero, ne videretur phantastica caro assumpta, & ita Christi corpus exisse Virgine intacta, cogitavit Manicheus; quem secutus est Priscillianus, ut constat ex Leone Pap. Epist. 93. Confute Bernard. de Circumc. Serm. 1. In utero; sicut ceteri hominum cum eadem natura specifica, infima, non compacta a caelo; sicut dixit Valentinus, affirmans, Verbum Divinum in mundum missum a Patre, secum transisse corpus caeleste, nihilque a Virgine accepisse, sed fuisse in genitricis utero usque ad tempus, quasi in Pandora vasculo. In quem videris D. Thom. 3. part. quest. 5. art. 2. & Suarez hic. Solam naturam divinam in Christo formavit Cerdo; & ideo sola divinitate Filium ac Patrem reverterum, minimeque cum corpore: quod quidem si habuit, in Sole ascendendo reliquit; & usque ad iudicium locavit, quoniam in Sole tabernaculum suum posuit: dixerunt Hermogenes, Seleucianus & Pasionista. Ad Augustin. lib. 2. contra Faustum cap. 6. & in Ioann. tract. 34. Tertul. de Carne Christi. cap. ult. Theodoret. lib. 1. de Fabul. Haret. & Nicetam Choniatum lib. 4. Toesaur. Heres. 24. Huic infantie praebuit suffragium Apelles, astruens, Christum non venisse in veritate carnis, quippe eius constat corpus ex elementis. Quod quam absurdum, patet ex textu, quoniam nec conceptio esset, nec partus, si ex elementis coallesceret corpus: in utero ergo ex sanguine matris prolifico compactum est, ut esset filius Virginis Christus Dominus per naturam humanam, sicut filius Dei per naturam divinam: qua causa dictum: Quod nascetur ex te vocabitur (idest, erit: ut optime notat Maldonatus hic) filius Dei.

27 In utero, ut esset mater virgo non solum Hominipara, & Christipara, sed Deipara quod Graeci aptissime Theotocos, quo titulo effertur vere a SS. PP. Vid. Gregor. Nazianz. Orat. 51. Athanas. Dialog. 4. de Trinit. Eusebium lib. 4. de Vir. Constantij cap. 42. Nissen. Epist. Ad tres mulieres, & alios apud Canisium lib. 3. de Deipar. cap. 19. pro omnibusque Angelic. Praeceptor. 3. part. quest. 35. art. 4. & Scholasticos hic. Enimvero Virgo non generat divinitatem, vere dicitur Theotocos, idest, Dei genitrix; quippe persona habentis divinitatem, & humanitatem, est mater secundum humanitatem: sic enim qualibet femina dicitur mater hominis, etsi non genitrix sit animae, sed tantum carnis. Ita Cyrillus Tom. 4. Epist. 1.

28 Denique In utero, ubi verus homo Christus subsistet in persona filij Dei, ita ut sit vere filius Dei, & filius Virginis, Homo-Deus. Duae utique naturae in unitate personae, seu hypostasi, habentis divinitatem a Patre, humanitatem a Virgine, quin inest communitio, divisio, seu conversio; sicut quidam Heterodoxi inest effutire. Ita Apollinaris infantem, astruens, ex Virgine carnem vere assumptam per Verbum Divinum, sed aliquid Verbi in carnem fuisse conversum: e contra vero asserente Euthyce, post hypostaticam unionem, carnem Christi fuisse conversam in Deitatem. In hos errores vide Irenaeum, Augustin. Cyrill. Theodoretum, Isidor. Philastrum, & Alphonsum a Castro lib. 4. Haec & alia continentur in ly Concipies in utero, quod nihil addere sententia, videbatur Maldonato.

29 Paries. Iuxta superiora num. 13. sonat idem, ac non solum concipies, sed ventris fructu gaudebis; & cum singulari prerogativa virginis-matris,

Qua

Qua ventre beato

Gaudia matris habens cum virginitatis honore,  
Nec primam similem vifa es, nec habere sequentem;  
Sola sine exemplo.

Modulatur olor Sacer Sedulius lib. 2. vers. 69. Cui suffragatur Richard. a S. Laurent. lib. 10. de Deipara, & refert Clichtovius lib. 4. Elucidat. Eccles.

Ut Solis radius  
Intrat innocuus  
Fenestram vitream;  
Sic Dei filius,  
Imò subtilius,  
Aulam virginis.

Si crystallus sit humecta,  
Atque Soli sit subiecta,  
Scintillet igniculum;  
Nec crystallus rumpitur,  
Nec in partu solvitur  
Pudoris signaculum.

Concinit etiam Actius Syncretus Sammaz. in Proemio de Virg. partu. dicens:

Alma parens nullo intra praecordia motus,  
Aut incurstantis devexi ponderis ictus  
Senserat, hebeant immotis viscera claustris.  
Haud aliter, quam cum purum specularia Solem  
Admittunt, lax ipsa quidem pertransit, & omnes  
Irrumpens laxat tenebras, & discutit umbras,  
Illa manent illesa.

Astipulatur acuminis florida camicena Venantij Honorij Fortunati de Partu Virginis.

O Virgo insignis, mater pia, nobile semen!  
Qualis nulla fuit, nec a futura venit.  
Dignus ager Domini generans sine semine frugera,  
Et sine casta seges messe repleta places.  
Virgo intacta manens, fidei ubertate marita,  
Inscia coniugio facta negante viro.  
Unde tuum mater generas natum, atque parentem;  
Nec violata paries, nec pariendo doles.

Demum N. Aldhelmus de Laudib. Virgin. concinne canit:

En sobolem generabis Virgo parentem,  
Atque puerperiam parturita puerpera gignes.

Quod quidem ita intelliges sine Tautologia: Puerperium, idest, fructum: Parturita, partitura: Puerpera, facta: Gignes, paries. Quod in Scriptura frequenter. Genes. 29. 32. Quae concipium genuit filium: hoc est, peperit. Ambros. Epist. 81. Potuit virgo concipere, & non potuit virgo generare: Sicut e contra accipitur Nasci pro concipi, seu gigni. Matth. 1. 20. Quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est, pariet autem filium. Itai. 66. 7. Antequam parturiret, peperit: idest, concepit. Cum ergo partu gaudeat femina, audit Maria: Concipies & paries q. d. Angelus: Potieris voto, gaudebis fructu. Quo sensu Bernard. Epist. 117. Concipiens parturisti: nempe voto es faulite potita, ut te includeres intra claustra.

30 Sicut mirabilis conceptio, ita & partus. Virgo concipias, & virgo paries. Haud sicut reliqua femina paries, sed illibata virginitate, quod numquam accidit foeminis.

Sola sine exemplo fecunda & libera nexu,  
Ignara amplexus mater optima sinu.  
O virgo excellens vincens super omnia matres,  
Quod daret absque viri germine virum!  
Cuius fructus adest, & flos non perdit honores,  
Que nato es genitrix, & tibi virgo manes.

Cantat Venantius Fort. ubi supr. & succinit Philippus Abbas Bonae Spei:

Sol, crystallus, & aquae dant qualemcumque figuram  
Virginis partus, eruduntque fidem.  
Si tingatur aquis & Soli subiciatur,

Tom. II. Taut.

K.

Scin.

Sedul.

Clichtov.

Richard. a S. Laurent.

Exemplum puritatis partus virginis.

Soli confertur. Actius Syncretus.

Maria virgo insignis.

Venant.

Aldhelm.

Conceptio pro natiuitate, & eorum ita.

Bernard.

Venant.

Philippus Abbas.

Scintillas profert integer ille lapis  
Flamine sic ablata sacro, subiectaque Soli  
Inflitta, peperit integra Virgo Deum.

Longè abfuit devenutas pudoris, cum partus virginiorem genitricem redderet, igitur cum oppofitis virginitatem duplicavit.

Marie virginitas in partu.

Prud.

Dixit Aur. Prudentius in Cathemerin. v. 16. 46. & Sedulius ubi fupr. lib. 2. verf. 4. 1.

Tamque novem lapsis decimi de lumine menfis,  
Fulgebat facrata dies, cum Virgine facta  
Promiffum complevit opus. Verbum caro factum  
In nobis habitare volens, tunc maximus infans  
Intemerata fui confervans viscera templi,  
Illefum vacavit iter, pro Virgine teftis  
Partus adeft, claufa ingrediens, & claufa relinquens.

Sedul.

Petronia an quillina.

Videfis S. Auguft. lib. 22. Civ. Dei cap. 8. ubi adducit miraculum annuli Petronie, & 20. na adftricta dilapfi. Gregor. Magn. Homil. 26. in Evang. Hieron. lib. 2. contra Pelag. Ambros. Epift. 81. & de Virgin. inftit. cap. 7. Damian. Serm. 3. in Natio. Virg. Rupert. lib. 1. in Marth. & Bernard. Serm. 1. in Natio. Dom.

Corpus Christi fit quomodo partum, falva Virginitate.

Minime sine tranfitu per quidam.

31 *Paries filium*, cuius corpus extenfum, haud dilacerato, vel dilatato claufro pudoris, prodibit in lucem. Verum hoc quomodo? Quomodo fiet iftud: An quia ibi corpus Chrifti definitivè? Refutavimus, n. 23. An quia extenuatum, ut falva carnis integritate poffit exire? Ludicrum fanè. An quia per latus genitricis exivit infans? Stultiffimum effugium. Vide Damafcen. de Fid. Orthod. lib. 4. cap. 15. In huiusmodi infanctas falvas profert Angelus *Paries*: quippe in præfatis modis non datur partus. An quia in partu fuit extenfio partium? Hoc blaphemum. Tranfeamus ad alia fubtilia, licèt falva. Maior in cap. 2. Matth. dub. 7. Goffredus Quodl. 7. quæft. 6. & Durand. 4. d. 4. 4. quæft. 6. afferunt, de extremo ad extremum, in præfepe ex utero corpus Chrifti tranfifit impertranfito medio: quod impoffibile iudicant Molina in 1. p. quæft. 53. art. 2. & Lefius de Summo bono. lib. 3. n. 82. Sed licèt effe poffibile, non cohæret modus cum vero partu. Ideo dicitur: *Nafcetur ex te*, quoniam filij vera nativitas, & fine partu naturali non effet vera. Naturalitas verò fiat in eo quòd tranfitus fiat per loca muliebria. *Per naturalem viam, qua cateri hominum*: ait Damafcenus ubi dudum. Nazianz. Orat. 51. Leo Epift. 11. Auguft. de Civ. ubi fupr. Caietan. in Luc. 1. verf. 31. Scholaflici cum D. Thom. 3. part. quæft. 35. maximeque Svarius ibid. difput. 13. feft. 1. Quomodo ergo factum miraculum cum naturalitate partus dicemus num. 34.

Mich. 5. 3.

Peperit Virgo & sine dolore & sine impuritate. Bernard.

32 *Paries*, fcilicèt fuo tempore. Non *Ecce paries*, ficut *Ecce concipies*. Partus miraculofus erit, fcilicèt conceptio, verum in tempore fuo. *Ufque ad tempus, in quo parturiens pariet*. Idell, facta pariet: etenim rigorosè non parturit, fed peperit; quoniam & peperit fine dolore, & fine fœminarum naturali impuritate. Ita Serm. 2. de Natio. Dom. Leono Veronenf. *Salvatorem talis ortus decebat* (ait Leo Pap. Serm. 2. in Domin. Nativit.) *qui & in fe humana fubftantie naturam haberet, & humana carnis inquinamenta reficeret*. Atteftantur Ildephonfus lib. de Virgin. part. Nazianz. Orat. 40. ac Bernard. Serm. 3. de Purific. ait: *Nihil in partu impurum, nihil illicitum, nihil purgandum*. Demùm Sedulius ubi fuprà verf. 50. minurit:

Sedul.

Quæ nova lux mundo, quæ toto gratia cælo?  
Quis fuit ille nitor Marie, cum Chriftus ab alio  
Proceffit splendore novo? Velut ipfe decore  
Sponfus ovans thalamo, formâ fpeciofus amena  
Præ natis hominum: cuius radiante figura,  
Blandior in labijs diffufa eft gratia pulchris.

Clem. Alex.

33 Modò locum habet, quod fupr. retulimus ex Clemente Alexand. lib. 7. Strom. ubi: *Maria fuit puerpera propter ortum filij, & non fuit puerpera: peperit & non peperit, ut quæ ex fe, non ex coniunctione conceperit*. Quod fanè nemo germaniore fenfu, fi umquam alius, interpretatus eft, ficut eius Commentator Gentianus Hervetus Rhemenfis Canonicus, qui quidem ita inftit. ibid. *Sunt, qui in bodiæternum diem exiftimant, Mariam effe*

effe puerperam, quòd ex ea natus fit filius, quòd tamen falſum eſt: nam etſi ex ea natus fit filius, non tamen ex ſemine viri, ſed ex ſancto ſpiritu fuit conceptus. Neque enim peperit Virgo, ut humano more parturunt mulieres, fructus ſcilicet pudoris clauſtris, & deiectis ſecundinis, nullumque dolorem in partiendo ſenſit. Etſi peperit, non eſt tamen dicenda puerpera, quòd pepererit; nam in eius partu nulla fuerunt ſecundina, qua obſtarent, quominus maneret virgo. Peperit ergo Maria, & non peperit: non peperit quidem more humano, ſed peperit divino, & ſupernaturali, qui non impedivit, quominus maneret virgo. Hucufque Gentianus. Hinc Nyſſenus Homil. 13. in Cant. inſit: *Neque enim proprie parturiginis vocabulum uſurpari de illa incorrupta, & coniugium non experta, poteſt; propterea quòd Virginitas & parturigo in eamdem concurrere nequeunt*. Breviùs Ambroſius in Pfalm. 47. *Non parturivit, ſed peperit*. Conſule Damian. ſerm. 11. & Quarticum Serm. 1. de Natio. Dom. Placet enim licentia pictoris, qui (ut refert Molanus lib. 3. de Imag. cap. 57.) patienti Virgini appinxit obſetricem ſine manibus, in puerperio puriffimo penitus inutilibus: etenim ipla nlium quem peperit, pannis involvit, ac in præſepio reclinavit.

Gentiana

Virgo in partu fuit puerpera, & non fuit puerpera.

Nyſſenus

Ambrosius

Obſetricis ſine manibus quid ſignet?

In nativitate Chrifti non erit ordo.

Partus fuit naturalis, & miracula fuit.

Chryſoſt.

Sedul.

Variet. 163

34 *Paries filium*, non filiam, ut fupr. diximus & hic obſervant Caietanus & Maldonatus. *Paries* verè filium, ſed in filij nova nativitate, novus etiam erit ordo. Partus erit naturalis, naturali opere materno, quia non per te, ſed ex te nateetur. Sicut verè concipies, verè paries. Igitur non ſolum palivè, ſed naturali impulſu active concures: verum novus erit ordo, quippequam corpus pueri iuxta quantitatem partus ad partes, & totius ad totum, tum profectò doct. fibrilitatis penetrabit uterum. Haud necelle fuit, ut per virginal duntaxat exiret, alias in errores fupr. memoratos incideret partum cauta cogitatio, igitur ſi ita eſſet, in nativitate novus non eſſet ordo. Salvatur fanè Chrifti nativitas impulſu activo Virginitatis, & novitas partus in penetratione ventris. Partus fuit naturalis vi nativa impellendo factum; & miraculoſus, quoniam penetratione haud itegit pudoris clauſtrum. Unde cum audis ex Auguſtino lib. 22. Civ. Dei cap. 8. *Per integram virginalia matris exitum*. Ex Damafcen. lib. 4. Fid. Orth. cap. 15. *Per naturalem viam, qua cateri hominum*: & ſic alius intellige in ipſa penetratione reſpectu partium ad partes: nimirum, partium penetrantium corpulculi infantis, reſpectu partium penetratarum uteri Virginitatis genitricis. *Opportebat autem & partim cum noſtra nativitate communicare, & partim alienum eſſe*: ait Chryſoſtom. Homil. 49. in Genef. Alienum, quia nunquam viſus huiusmodi ortus, ſicut nec conceptus: commune, quoniam naturali materia, naturali loco conceptus, naturali actione genitricis eſt in lucem productus. Unde Sedulius ubi fupr. v. 65.

Salve ſancta parens exita puerpera regem.  
Vim ergo verborum *Eniti, parere, naſci*, videris apud Theophil. Raynaudum de Ortus infant. cap. 1.  
*Salve clara domus, celoque beator ipſo,  
Partus ſacratu conſula.  
Seque, ſuumque ſtupens genitrix virguncula partum  
Nulli marito debitum.*

Hæc libuit brevi, eſſò conſulto diſſerere; quia raro quis, modò explicet ingenij novitatem, magni pendit errorem.

35 Iam ergo ad Verſiones præcipue auctoritatis. *Erat autem Sarai ſterilis, nec habebat liberos*. Onkala. *Sarai non erat Virgo, nec habebat liberos*. Hebr. *Erat eradicata*. Ar. Montan. *Erat orba*. Maluend. *Eruncata*. Syr. *Effeta*. Æthiop. *Sine fructu*. Arab. *Inſacunda*. Pagnin. *Sterilis, & non erat ei natus*. Olealt. *Non erat ei filius*. Septuag. *Et non generabat*. Bibl. antiq. *Non genuerat*. Rab. Ionath. *Erat ſterilis & ſterilis*. Alij: *Erat ſine radicibus*. *Non erat mater*. *Non pepererat*. *Parere partum non poterat*.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. *Sterilis, nec habebat liberos*. Dignitas ex liberis meritis, quia ſine meritis ſterilis dignitas.
- 2. *Sterilis, nec habebat liberos*. Liberi fructus: magnæ utique fecunditatis ſpecimen, ſi fecunditas parit cum fructu fertilitatem.
- 3. *Sterilis, & non erat ei filius*: etenim virginitas habet filium, & eſt ſterilis.
- 4. *Sterilis, ſine radice*. Vel dum nitent in prædicatione flores, ſunt ſteriles; quia ſine exemplo fructus, Concionatores non habent radices.
- 5. *Sterilis, & inſecunda*. Semen eſt verbum Dei: minime ſterile verbum, ſed multoties inſecundum.

6. Sterilis, & infucunda; quippe sterilis fecunditas, penitentia tarditas.  
 7. Sterilis, & infucunda; quoniam fructus penitus steriles, qui humanae felicitatis.  
 8. Sterilis, & sterilis: igitur etiam habens ad fecunditatem semen, genuit sterilitatem.  
 9. Sterilis & sterilis: siquidem fructus nec sibi, nec alijs.

10. Non erat mater, quia non erat ei natus: Singularis prerogativa, sine pignore proliis, quod resplendet nitor maternitatis.  
 11. Non erat mater, quia non erat ei filius: Micat in Virgine miraculum maternitatis singularis non filiorum.  
 12. Virgo non erat, nec erat mater, quippe futura, quae mater & virgo.

DIDASCALIA PRIMA

Ambitio ad dignitatem nisi per indigna non ducit.

Senec.

7. Ita Stoicus Praef. in lib. Natur. quae. igitur quos oderunt, prociectè blandiuntur, exosa plaudunt, procienda extollunt, ac ferventis inserviunt: Quorum cause (carpit Tacitus lib. 1. Annal. cap. 33.) acriores, quia inique. Parum pro merito dixi: Ancillantur, quin excuset inuitus, ut dominentur: quandoquidem prociectè indolis inimici, quia familiarior amicitia superbia, in se reversi dubitare solent, An ista facere propter ista debuissent? Multa videri volumus velle, sed nolumus. Saepe aliud volumus, & aliud optamus. Quapropter crebrò ineptias festive effecerimus, dum in cachinis plena viscera solvimus.

Rides? maiore cachino Cancuntur. Flet, si lacrymas conspexit amici.

Iuvenal.

Ambitio- nis cau- las.

Nec dolet. Igniculum bruma si tempore poscas, Accipit endromidem si dixeris Aesuo sudat. Ait iurè Iuvenalis Satyr. 3. v. 100. O alba praecordia, ac voluntaria mancia! Usquequò gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem; & quaritis mendaciam in auctoramine honorum? Amaritudinis ambitus compotes, infami servitute maiestatem ementes, deridiculi cunctis, inter spem & metum utqueque lubricantes, gladium in iugulum nullà non operà ambiantes, discruciamini inhonorati ante ipsos honores.

3. Audite Senecam: Offendam (in sic Epist. 94.) ex constitutione vulgi beatos, in isto invidioso fastigio suo trementes & attortitos (extulit ambitio, qua saepe laborat vertiginum morbo, debilibus cerebro) longaeque illam opinionem de se habentes, quam ab alijs habetur: nam quae alijs videntur excelsa, illis praerupta sunt: Itaque examinantur, & trepidant, quoties despecte- runt in illud magnitudinis suae praecipit. Cogitant enim varios casus, & in sublimi maxime lubricos: tunc appetita formidant, & qua illos graves alijs reddit, gravior ipsi

Senec.

felicitas incumbit. Utinam doctrina falsa! Sed comprobata experientia.

3. Quis unquam, cum esset in paradiso, felicior Adamo? Solus erat, & solus felix, ne videns parem quereretur de avara fortuna, ubi prodiga fuit beneficentia. Nulla conditio in terra fastidior, neque status gloriosior: ceterum larvâ amplioris honoris, illic evanuit conditio felicitatis. Omniscientia & divinitatis similitudinem appetijt: ait hic Alapide. Fastigio attonitus est. Longè aliam opinionem de se habuit, quam ab alijs habetur. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Scientiam habebat & Habebat: aliter postulare à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Si ergo omniscientia & divinitatis similitudinem habet, quid sitivit? Turpe sane, in auctorem, & benefactorem insurgere: indignum, inò lubricum deserere: verum cum ambitio haud ducat ad dignitatem nisi per indigna; illi fuerunt praerupta, quae iudicavit excelsa: igitur vera felicitas subitò evanuit, ubi ampliorem ambitione sitivit.

4. Non veniat mihi pes superbiae, dicebat, qui ut respiceret à vana cogitatione, coram habuit ferale spectaculum, cadavera nempè septuaginta millia virorum. 2. Reg. 24. 15. Pes, & non pedes superbiae, quippequam ambitus monopes. Aliquid Tom. 1. Tautolog. 1. Didasc. 12. num. 15. diximus: sed modò inquirimus, quid per unicum pedem arrogantiae significet Regius Pfalter? Quantum auguror, periculum ambitionis: igitur quae ambitio apparent nitide celsa, sunt in honoris acquisitione praerupta.

5. Cogitationem exprimat celebri exemplo. Ludus insignis, & singularis pro Imperij aeternitate institutus à Nerone. Ad Suet. in eius Vita cap. 11. frequens post tempore Galba, ut idem ait in Galba cap. 6. tempore Vespasiani, Plin. lib. 8. Hist. nat. c. 3. licet antiquior appareat institutio ex Seneca Epist.

Alapide.

Amonia attoniti.

Pfalm. 35. 22.

Et moue pes.

Sueton.

Plin.

Senec.

Elephantis funambuli.

Exercitia superbia.

Praecepti indignus ruit, unde exaltationem confemgruit.

Osce. 11. 4.

In caduca proxi, in caelestia huius procedunt, nisi funibus trahit.

Qui sint Adami funiculi.

Epist. 85. Felicet elephantos per funes incedere, per catadromum discurrere, choreas agere, gestus effingere, & ad numeros saltare. In huiusmodi ludo, haud solum plaudebat theatrum, cum rectè tanta moles pedes moveret ad citrare sonitum, & elephantis ne robarat insigni agilitate se iactarent desultorie; sed cum fallaci pede extra funem molem corporis poneret, & seipos ex saltu in terram praecipites darent.

6. Ecce ludus ambitionis, ac praefata expositio auctoritatis. Inlicito dicitur proxius, ultrò obstringuntur homines, ut volitantes circum cogitationem, nanciscantur dignitates. Ambulare rectè nesciunt, & insilire capiunt; quippe accedentibus ad ambitionis ordinem, primum praecceptum est, ambulare per funem. Vivide Hist. Es la primer regla, andar en una maroma. Per funem, ubi perpicua disciminata, tametia agilitas summa, & imminens calus, quia pes in sublimi lubricus. Felicior hoc in statu, stat nonnumquam in perpetuo motu: milerèque fallitur, cogitans esse in quiete, dum est in fune. Fallitur utique & cader, etenim estò multa devolvat, non habet, ubi pes quiescat. Vernacule. Por mucho que llegue à adelgazar, no puede assentar el pie. Prospicit illic altiore gloria, & statim contulit familiarem philautiam, afferentem unica subfultatione ascendendam dignitatem: verum cum superbia in fune, & unicum habeat pedem; illo labente fluxu, nititur acre: atque praecipit in terram subito ruit, ubi gloriam nancisci vel in saltu cogitavit. Non veniat igitur pes superbiae, qui displicet cadere: quippequam si per funem incedit, fluxu pedis, qui monopes non sufficit.

7. Apparebit amplius propoliti claritas, si auditur Osceas. Per illum quidem Deus de peccatoribus ait: In funiculis Adam traham eos. Ad gratiam felicitis, ubi fortissima vincula charitatis: & dicit proprie, atque meditantur In funiculis; quia ita proni in caduca terrena, & curvi in fluxa mundana, ut ad caelestia progredi nullo modo conentur, ni funiculis agantur. Rapem traci impelluntur ad sortem summæ felicitatis, cum procedere deberent, uti dignandi praecipites: & ita allucinantur facili voluptate vitiorem, abdicto fatuè dulcorè virtutum; ut noxia amplexentur libenter, & utilia reluctanter.

8. Quosnam ergo funiculos habuit humanae conditionis protogenes, ut nati pertrahaatur eius funiculis, & maxime peccatores? Propter archigenis crimen, & colubri supplantationem, cum ambitione

filij participant ambulare per funem. In regia paradisi feliciter decorèque florebat Adamus. Suggestis ambitus gloriam maiestatis sine dependentia, qua ultra eius statum, atque conditionem constituta. Videtis Ambros. lib. 4. in Luc. Chrysol. in 1. Tim. cap. 2. v. 14. Augustin. lib. 11. de Genes. ad liter. & Angel. Doctòr 2. 2. quæst. 163. art. 2. Ambicio & superbia cum philautia funes extenderunt in laqueum Protoparentis, & funes illi minime ceciderunt in praclaris. Super funem ascendit, ut plus quiret ascendere, gaudens discrimine. Prospexit ante oculos cogitationis super se, sed circueirca, volitare dignitatem, & visum est saltè saltu obtinere cacumen. Incessit exultans monopes, periculo saltans. Fugit funiculus, ut saltans exrendit manus: ac cum pes propter acquisitionem tetelisset; in sumnam miseriam funambulorum praecipit coaruit.

9. Hi sunt funes peccatorum, quibus sibi blandientes, quasi in tuto ambulat: atque alijs placeat, cum illos vel saltantes, vel praecipites ridet. Dialecto nostratum vigilantissime: Sirve de gran diversion, mirar à los pretendientes andar como volatines. In praediles usus est huiusmodi similitudine Greg. Nazianz. in Apolog. 1. & Novarin. Umbr. Virg. excuti. 61. num. 597. Vicia plerumque dignantur in terra, quippe gradibus criminum ascendunt ad fastigia. Proinde Seneca Epist. 86. inist: Cambyzes furiosus, ac furore selviter usus. Tuac gradiuntur, & saltant, quin vitæ discrimina, & felicitatis agnoscant. Fallit amentes veligium, quo nituntur in solum. Impellit ambitio, ut expellat; atque ut corruat, blandè stimulat. Unde trahuntur in funiculis Adami, qui superbi & ambitiosi; quia funegredientes, ut acquirant honoris fastigium, miteri praecipitantur in propudium sempiternum. Hinc N. Patriarcha Regul. Sancti. cap. 4. Infr. 67. monet: Elationem fugere; quoniam non est atrolli, sed praecipitem ire: non in dignitatem elatio, sed capitis periculosa gravedo; qua factosi maxime, ut canit Claudianus, in Rufin. lib. 1. v. 22.

Tolluntur in altum, Ut lapsu graviore ruant.

Liceat de ambitione profertre, quod Epist. 6. Stoicus de amicitia: Cum qua homines moriuntur, & pro qua moriuntur. Ceterum inquires causam. Lubenter dicam.

10. Hydrophobia morbus est, in quo simul ager & siti, & aqua metu cruciatur. Ita Cornel. Cellus lib. 6. cap. 27. Huiusmodi ægritudo magis animi, quam corporis est. Aspectus fugit, quod voluptas medicamen

Ubi illa vinitatem sitit vit. funambulus corp ruit.

Dignitatum pericula.

Seneca.

Ambitio si elusatur, ut corruant.

S Bej nea.

Claud.

Senec.

Cornel. Cell.